Palatina Wolbnię Grabinskim Obligat.

et suas quasvis de bonis habet et habendis ac personas de vadio similes summae Triginta Millium florenorum Polonicalium per eandem Illustrem et Magnificam Palatinam Volhiniae eiusque Successores Grabinskium vel eorum posteros ob non completionem praemissorum omnium tam in parte quam in toto totiens quotiens opus fuerit ad solvendum succumbendum. Alterum eadem Illustris et Magnifica Palatina Volhiniae dat et concedit eisque Generosae Sophiae de Proszkowa olim Generosi Joannis Grabinski consorti relictae, atque Gregorio et Adamo Grabinskiis olim Generosi Joannis Grabinski filiis et eorum Successoribus plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Castrensibus ad Acta quaevis Autentica Regni pro perpetuitate in se habenda quandocunque voluerint transferendi et transponendi quae sic translata transportata tanti valebit ac si per ipsam met Inscribentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso succubito ac re aliqua quantum non completa complendique praemissorum statuta ex his memorata, Inscribens Illustris et Magnifica Palatina Volhiniae vel eius Successores ad instantiam praefatorum obligatariorum suorum Generosorum Grabinskiorum aut eorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex terminis ex speciali sua[?] super hoc mandato semper in primo Litterarum termino tamquam peremptorio stare, respondere, pro vadiis praefato ac re aliqua quantum non completa tenuitatibus omnibus tam in parte quam in toto totiens quotiens opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seque ac suos Successores obligavit, iisdem terminis primum peremptorium et aliis omnibus consequentibus eiusque cauteris minoris Aetatis praetextu vera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio Militari ad Aliorum Successorum vel aliis quibusvis legalibus impedimentis vel remediis ad Tribunal vel aliis quibusvis legalibus impedimentis vel[?] ad quietationem ultra proxime Terminos officii praefati Litteris[?] non deferendo ad quietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis Dilationis sibi non recipiendo Nullaque Monitis appellationibus [illegible] procedendo ac praemissa omnia quoquo modo simpliciter vel triplicationibus Evocationibus Suspensionibus fatalibus Juris praesentis.

Teneri

Terrestris libello Conventionesque et aliis quibusvis Juris remediis et defensionibus non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione mediante.

Eadem Palatino Vilnen[si] Tenetur

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnifica Anna de Sternberg olim Illustris et Magnifici Alexandri Ducis in Ostrog Palatini Volhiniae consors relicta sana mente et corpore existens Aternis districtibus Juribus Jurisdictionibus quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum praesentem alternet totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipsa a Illustri et Magnifico Carolo Chodkiewicz Comiti in Bychow et Szklow Palatino Vilnensi ac Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Supremo ac Generali Praefecto Derpatensi[?] Capitaneo Summam Centum decem Millium Septingentorum Quinquaginta florenorum Polonicalium et grossorum viginti Octo Certi veri iusti et liquidi debiti mutuataque apud Illustrem et Magnificum Joannem Carolum Chodkiewicz Comitem in Bychow et Szklow Palatinum Vilnensem perceptam[?] tenetur et debet Quam quidem Summam Undecem Millium Septingentorum Quinquaginta florenorum Polonicalium et grossorum viginti Octo praefata Inscribens Illustris et Magnifica Anna de Sternberg Palatina Volhiniae se et suos Successores in et super bonis suis quibusvis omnibus obligaturis mobilibus immobilibus ac summis super habitis et habendis eidem Illustri et Magnifico Joanni Carolo Chodkiewicz Comiti in Bychow et Szklow Palatino Vilnensi et eius Successoribus in proxime et festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime venturo dare solvere et coram officio actisque praesentibus et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam vim sui ab eodem officio non excipere nec arestare vel modo quovis impedire sub vadio simili summae Undecem Millium Septingentorum Quinquaginta